

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta congregationis ben. argent - Cod. Ettenheim-Münster 55

[S.I.], 1623-1624

Bestätigungsurkunde Leopolds von Österreich für Molsheim, 1. Oktober
1624

[urn:nbn:de:bsz:31-108283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108283)

LEOPOLDVS Dei gratia Archidux Austria
Episcopus Argentinensis, & Passaviensis, Administra-
tor Murbaicensis, & Buderensis, Dux Burgundie,
Stiria, Carinthia, Carniola, et in Tyrolibus
Comes Tyrolis, & Goritiae, Landgravius Asiae
&c. Venerabilibus & Religiosis in Christo
Patribus & Fratribus, Abbatibus, Praepositis, Pri-
oribus, Conventibus, & Religiosis Ordinis Sancti
Benedicti huius nostri Episcopatus Argentinen-
sis nobis dilectis salutem & gratiam.

Maxima cum consolatione, summoque cum gaudio
Venerabiles & Religiosi in Christo Patres &
Fratres per dilecti accepimus, legimus, ac serio
examinavimus, a vobismetipsis conceptam, et
iussu nostro conscriptam, nobisque exhibitam, re-
ligiosam vivendi firmam, quam, quia secundum
Regulam Sanctissimi Patris Benedicti discrete
ac prudenter concinnastis, nos merito ad instan-
tiam vestram eam recipere, approbare, &
confirmare volumus, ad quod nos spes bona, fu-
turi fructus, & bonus adus Religiosus ac Salutaris
videtur, et postulacionibus & iustis vestris peti-
tionibus, clementer annuamus. Quare auctori-
tate qua fungimur, hunc redirem vivendi

II
Salvament
jura aliorum
magnatum.

modum, et nos vestrag Monasteria, ac cuncta ad illa
pertinentia, in nostram Successorumque nostrorum pro-
tectionem ac defensionem denuo suscipimus, Salvo
Jure aliorum Magnatum, qui ius aliquod legitime
habent, et presentij scripti privilegio communimus,
cum ea tamen expressa reservatione, ut nobis,
Successoribusque nostris Canonice Episcopatum Ar-
gentinensem intrantibus, Jus antiquum Ordinarii
et quod Sacrosanctum Concilium Tridentinum de
Jure Ordinariorum saluberrime ordinavit, illud
et inviolatum permaneat: Quam licentiam et
facultatem nobis et Successoribus nostris ex-
pressè reservatam volumus, addendi, minuendi,
applicandi, vicariandi, reformandi, corrigendi,
dispensandi, et omnia ea agendi, quae in tali
tantisque negotio, in Domino Tempore, successu
Canonice agenda videbuntur; Ita tamen
ut per huiusmodi restrictiones esenciales, haec
reformatio nullis futuris temporibus, vel mu-
terur, vel alia à quovis in posterum intro-
ducatur: Nam cum conceperimus spem, ex hoc re-
formationis felici initio, paulatim Religiosam
Disciplinam, ad perfectionem et maturitatem
perventuram, quod ex animo optamus et fovemus;
Id indubitabile fuit, si annis singulis visitatio sin-
gulorum Monasteriorum sedulo et diligenter
institueretur, id ordine subscripto: Anno hoc primo

V

cum per Reuerendos, Venerabiles, et sincere nobis
dilectos Adamum Pez, Episcopum Tripolititanum,
Suffraganeum, et vicarium generalem Episcopatus
Argentiniensis, et Ludouicum Surt Sigilliferum
Conciliarium nostrorum in Congregatione Venerabi-
lium et fidelium etiam nobis dilectorum Abbatum
Ordinis S. Benedicti huius nostri Episcopi Argenti-
nini, Frederici Mauri Monasterij Martini-
Apri Monasterij, Joannis Cengenbaeensis,
Christophori Schwarzen. Joannis Althufiani
Caspari Ethonis Monasterij, et Thobiae Priuati
Schutterani, die primo Decemb. Anni Millesimi,
Sexcentissimi, vicesimi tertij, in Coenobio Ebers-
heimmister foeliciter hic rediit et uniformis
viversi modis publicatus, introdudus, et ab
omnibus acceptatus fuerit, volumus et mandamus
ut ceteri omnes conforment, et pie ac religiose scdm
hanc normam, si que inpresent, referunt,
has ordinationes prudentes et pacifice intro-
ducant, seque in omnibus absq. ulla contra-
dictione promptes et obediens colibeant,
Quod quam sedulo fiat Visitatores a nobis
et Praelatis unanimiter congregatis designa-
tali proximo Anno inter Parda et Nente,
Coben (quodum fieri poterit) singula Mo-
nasteria obeant, et diligenter perquirant,

quomodo opus hoc scientissimum promoveatur,
Ordinarij aut Visitatorij erunt, designatos a
nobis & concilio Ecclesiastico, vel coadjutori
aliquo Ecclesiastico, aut Prelato, quisquis
fuerit, pro nostro Successorum nostrorum bene-
placito et Abbaty a ceteris Abbatibus, Inq.
in Congregatione triennali eledus, Qui
Visitatores singulis annis secundum juramen-
tum, quo nobis & Successoribus nostris obstricti
sunt et erunt, fidelem nobis, aut concilio Eccles.
tico in scriptis faciant relationem de statu Mo-
nasteriorum tam in spiritualibus, quam in tem-
poralibus, an crescant, aut decreuant, vel au-
proficiant, vel deficiant; De particularium mori-
bus et humanis delictis fratrum, que in Capi-
tulo culparum tractari & regulariter puniri
solent, solus Abbaty Visitator a Congrega-
tione eledus inquiret capitaliter secundum
Regulas et Statuta PP corrigat, omnemq.
medicinam, quam pius Pater putabit & debet
prudenter adhibere. in gravissimis tamen &
enormibus delictis, aut in contradictione, in-
obediencia, vel pernicia alicuius Religiosi
concilio, auxilio, et auctoritate nostri con-
siliarij utetur, quorum Visitatorum Abbaty.

Auctoritatem si quis despiciat (quod abest) ad nos
vel Successores nostros non referatur: nobis
media non deerunt immorigeros et discipulos co-
creandi. Ut autem accurate et ordinatius omnia
fiant, singulis triennijs Capitulum generale
omnium Praelatorum in Monasterio Visitationis
qui anno illo defungitur officio, solemniter cele-
brabitur, quo in Capitulo ipse Visitator à
Capitulo electo praesidebit, et si quid dubij aut
dignum relatione occurrerit, et quod conclusum
aut de novo decretum fuerit nobis et Concilio
Ecclesiastico fideliter referatur. Visitatoris
aut Monasterium visitabit proxime defunctus
officio, cum Collega: quo observato ordine
in Domino confidimus multis et gravibus diffi-
cultatibus viam percludendam: His omnibus
sic rite decenterq; ordinatis volumus et deli-
ramus, ut per Abbates & Priores congestas
et conscriptas Ceremonias, Observantias re-
gulares, & laudabiles SS. PP. consuetudines,
quae ad strictam disciplinamq; monasticam du-
cunt, per Visitatores & Capitula generalia in-
troducantur ut sic et in his una eademq; ratio
agendi et vivendi habeatur: Quo cum statuerit
in gaudio dicere possimus: Ecce quam bonum

VII

18.

18.

VIII

et quam inuicem habitare fratres in eum.
Hanc nostram esse pastorem et seriam Volun-
tatem subscriptione nostra et Sigilli appositione
paterna declaramus. Melssemij 1. Octobris
Anno 1624.

Lespostus.

Admodum Serenissimi ac Reuerentissimi
Argenti & Palatini Episcopi
Joan. Balb. Schlegel

IX

X

IN PUBLIKUM
IN THEATRO
MONTI

D. ...
...

...